libro· hoc ē XXVI· & ex parte metho
diuſ· Verum quia nob ppoſitū ē
non aduerſarii calumniiſ reſpondere·
quę longo ſermone indigent· ſed ea
quę a propheta dicta ſunt· nr̄iſ diſſere
re· ideſt xp̄ianiſ· illud in p̄fatione moneo·
nullū pphetarū· tam aperte dixiſſe de xp̄o·
Non enim ſolū ſcribit eum eſſe uenturū· qd
eſt cōmune cū cęteriſ· ſed quo tempore uen
turuſ ſit docet· & regeſ p ordinē digerit·
& annoſ enumerat· & manifeſtiſſima ſigna
p̄nuntiat· Quę quia uidit porphyriuſ u
niuerſa completa & tranſacta negare n̄ po
terat· ſuperatuſ hyſtorię ueritate. in hanc
prupit calumniam· Ut ea quę in c̄ſummati
one mundi de antixp̄o dicuntur futura·
pp̄ter geſtorū ſimilitudinē quandam· ſub an
tiocho epiphane impleta contendat· Cuiuſ im
pugnatio· teſtimoniū ueritatiſ ē· Tanta enim
dictorū fideſ fuit· ut ppheta increduliſ homini
buſ· non futura p̄dixiſſe· ſed narraſſe p̄terita·

Einsiedeln StiftsB. 133 (804) p. 2

Multi igitur throni quos vidit danihel. hi
mihi videntur esse. quos iohannes. xx.iiii. thro
nos nuncupat. Vetustus autem dierum ille est qui
apud iohannem solus in throno sedet. Filius
quoque hominis. qui venit ad uetustum dierum.
ipse est qui apud iohannem leo dicitur de tri
bu iuda. radix david. et caetera his similia.
Hos thronos esse reor. de quibus et paulus apostolus
loquitur. Siue throni. siue dominationes.
Et in euangelio legimus. Vos autem sedebitis super
xii. thronos. iudicantes. xii. tribus israhel. Sedens
autem et uetustus dierum dicitur deus. ut aeterni
iudicis habitus demonstretur. Vestimentum
eius quasi nix candidum. et capilli capitis eius
quasi lana munda. Et saluator transfor
matur in monte. et gloriam diuinae maiestatis
assumens. in candidis uidetur uestibus. Quod quoque
capilli eius lanae mundissimae comparantur pu
rum ostendit sincerumque iudicium et nullam per
sonam in iudicando recipiens. Senex quoque de
scribitur ut maturitas sententiae comprobetur.

Einsiedeln StiftsB. 133 (804) p.104.